

I 139.

142.

Rudolf Agricola¹⁾ an Vadian.*Krakau. 1519. Februar 25.*

Bitte, ihn nach seinem Versprechen dem Abt von St. Gallen in Erinnerung zu bringen.

Glückwünsche.

Salus. Revoca, precor, in memoriam, quæ inter nos Cracovię acta sunt. Tui tuorumque, si tibi providenter consulis, non obliviscar. Abbatem Sancti Galli Agricolę^{a)} tui ergo alloquere, quod a te fieri postulat; tibi et tuis omnem prosperitatem et felicissimos successus exoptat, teque vitam te dignam agere vehementer cupit. Vehemens amor ulterius loqui me nullo pacto patitur; valeas ergo et felicissime vive. Hæc^{b)} enim in mei mnemosynen^{c)} scripsisse tunc intelliges, quando, quæ mutuo collocuti sumus, ut te decet, nunquam animo tuo exciderint. Vale iterum, et dignam te coniugem, si qua est, ducas, atque eadem simili faciat te prole parentem. Votis erga immortalem deum steti, satisfeci et ultra vovi, ut post felicem in patriam nostram ingressum feliciter aliquando te intervissam. Cracovię, raptim 25 Februarii 1519.

Sebastianum Grubel saluta meo nomine.

Rudolfus Agricola,

poeta a Cæsare laureatus, lector ordinarius

*Cracoviensis, totus tuus.*Præstantissimo^{d)} ac integerrimo (vi)ro I o a c h i m o V a d i a n o, . . .
oratori et medico et amico nunquam penitendo.

a) „Agricole“. — b) „hec“. — c) „memnosinen“. — d) „prestantissimo“.

l) Vrgl. I, Brief 10.

I 141.

143.

Melchior von Watt¹⁾ an Vadian.*St. Gallen. 1519. März 6.*

Mitteilung von zwei eingegangenen Briefen gelehrter Schweizer. Freude über das Ansehen und die Geltung Vadians. Klagen über einen gewalttätigen Hauswirt in Wien. Neuigkeiten aus St. Gallen.

Sunt hic, frater charissime, doctorum hominum e Helvetiis, et præcipuorum^{a)} quidem, litteræ binæ, quas, cum domum veneris, parens

Nr. 143

Vadianische Briefsammlung.

(29) 221

tibi inapertas^{b)} et quemadmodum ipse accepit, præsentabit^{a)}; cuius rei ob id ab initio^{c)} mentionem^{d)} libentius^{e)} facio, quo credas famam tuam non minus a me quam reliquis omnibus amari. Placet equidem mire mihi ista hominum acclamatio^{f)}, qua præsentem^{a)} te venerantur, absentem, tanquam patriæ salus in te unico posita sit, expetunt. Dominus Falco, orator Helvetiorum, præceptoris^{a)} te titulo insignem facit, cuius dignum te e conterraneis vel etiam^{g)} extraneis solum forsitan putat. Quod ad rem attinet: stimulant parentes, quia, ut hodie scribant, fieri non potest, saltem ego utcunque succincte, quam grate litteræ e Posnania ad se missæ sibi fuerint, ostendam. Audivere libenter et (ut verum loquar) non sine superbia, tam magnifice te a Libsensibus (!), ut Bartolomeus Cipio retulit, exceptum; placuit et egregium fratris Conradi donum, tum reliquorum in te pietas, qui tanquam neglexisse Iovem summum dedecus putant, non certatim munera offerre. Sed quid ego solusne ignavia studeo? Cur non idem, quod omnes, facio? Facio equidem, verum sinistre, ut animadverto, frater; nam dum mihi consulo, fit, ut minus tibi consuluisse dicar. Pre(c)or(?) si ita sit, sannam plurimum(?) æstimare^{a)} velis. Odiunt me, qui te nunquam amarunt. Satisfacere quia omnibus non poteram, non propterea manendum erat. Accepi hic fl. 4, quos mutuo^{b)} conterraneis apud vos dederant, quibus me, si Viennæ habuissem, liberassem. Diil quis non in omni re temporis rationem^{d)} habendam esse æstimet^{a)}? quis omnibus probus esse poterit? aut propter eos præeundum(?) est. Ioannes de Hinvil hospiti sufficet, de cuius nequitia^{k)} rectorem, priorem una et iudicem quærere potes; non enim semel stricto ense in me irruit clam tanquam sicarius ob id, quod mentiri eum dicebam, si quando de quadam iniuria a te rectore nequiter sibi illata referebat. Diil nequam ipse est. Rogo flocci facere velis stultorum imperitiam^{h)}; res equidem aliter, quam clamitant, acta. Retulit Clivanus, qui rumor Viennæ^{a)} fuerit; susurrant et somnio misere mihi aures, non ex conscientia^{m)}, verum quod hominum malitiamⁿ⁾ dudum novi et, quæ^{a)} tua apud omnes autoritas sit, intelligam^{o)}; quam cum vel ob amicorum infimum mori non recusarem, imminuere^{p)}, ut ita dicam, plus quam nollem. Exclusionem nulla opus erat, si odium culpa non maius et excellentius^{q)} fuisset. Procuratori 1 fl. obligabar, 3 fl. dederam; quem ut quoque daret, cerulam mandaveram et, ubi accipiendus esset, ostenderam. Cetera simul credo 1(?) fl. erant, qui absentem perdere facile poterat. Ego, non ut displicerem tibi,

quicquam, quod dicebant, egi, sed ut fortunæ cederem. Dicient tibi, si me hic non inuenies, singula parentes. Si recordor,

labitur ex oculis nunc quoque gutta^{r)} meis.²⁾

Vale. — Incidit sponsa Moteli in morbum Gallicum, opis tuæ ardentissima. Quæ^{a)} tibi attinebit, urgentibus pluribus marito cuidam nupsit, si non te quam mater forsam^{s)} magis amaret. Cantilena tua, quam omnibus ostendit, sibi nimium cordi est. Potieris^{b)} ea procul dubio, vel formosiorum habebis. Vale et domino Georgio Dansteter gratias^{u)} agas, agendas in serula. Quod in adversis propter te validæ amicitiae^{v)} vires ostendit, nunquam obliviscar^{w)},

in freta dum fluvii current etc.³⁾

Vale, et per absentiam^{x)} tuam matrem diutius^{y)} sollicitam^{z)} esse non patere; crescit nox anxia patri. De infirmitate, qua Cracovię oppressum te audiveram, mentionem^{d)} facere ausus non fui. Vale iterum, et hortare Ioannem de Hinwil, ut, quod mandarim, libenter expediat. Pridie nonas Marcii, e S. Gallo, anno N. C. MDXVIII.

M. Vadianus.

Hortatur te ancilla, ut femurale citius^{aa)} vendas, ne Athenas noctuam feras; pro voto enim lanugo mire accrevit.

Doctissimo et clarissimo viro, domino Ioachimo Vadiano,
fratri charissimo ad manus ipsius: *per p. r. (als)*

a) Statt „æ“ überall „e“. — b) „inappertas“. — c) „inicio“. — d) „mensionem“. — e) „libencius“. — f) „acclamacio“. — g) „eciam“. — h) „muto“. — i) „racionem“. — k) „nequicia“. — l) „impericiam“. — m) „consciencia“. — n) „maliciam“. — o) „inteligam“. — p) „imminuere“. — q) „excellencius“. — r) „guta“. — s) „forsam“. — t) „pocieris“. — u) „gracias“. — v) „amicitiæ“. — w) „oblivicar“. — x) „absentiam“. — y) „diucius“. — z) „solicitam“. — aa) „cicius“.

1) Bruder *Joachims*, gestorben in Rom 1521. Von ihm sind 10 Briefe in unserer Sammlung vorhanden aus den Jahren 1518—1520. Danach ist Anmerkung I zu Brief Nr. 119 zu berichtigen. — 2) Ovid. Trist. I 3. 4. — 3) Verg. *Æneis* I 607.